

sum. de Pactis. lib. 6. colum. 2. num. 3.

Ex his remanent etiam leges X. XI. & XII. quæ sequuntur, sufficienter declarata: ideo amplius in eis non insulto.

TEXT. XIII.

POr evitar muchas dudas, que suelen ocurrir acerca de los hijos que mueren rezien nascidos, sobre si son naturalmente nascidos, ò son abortivos: Ordenamos, y mandamos, que el tal hijo se diga que naturalmente es nascido, y que no es abortivo, quando nascido vivo todo, y que à lo menos despues de nascido viviò veinte y quatro horas naturales, y fué baptizado antes que muriese: y si de otra manera nascido, muriò dentro del dicho termino, ò no fué baptizado, mandamos que el tal hijo sea havido por abortivo, y que no pueda heredar à sus padres, ni à sus madres, ni à sus ascendientes. Pero si por el ausencia del marido, ò por el tiempo del casamiento claramente se provasse que nascido en tiempo que no podía vivir naturalmente, mandamos, que aunque concurrant en el dicho hijo las calidades susodichas, que no sea havido por parto natural, ni legitimo.

Id est:

Ut occurratur multis dubiis, quæ de iis accidunt, qui intereunt recenter nati; nimirum an sint naturaliter nati, an verò sint abortivi? Ordinamus, ac precipimus, ut ea proles dicatur naturaliter nata, & non abortiva, quæ tota est nata viva, & à partu vixit ad minimum viginti quatuor horas naturales, fueritque ante mortem baptizata. Quod si aliter nata interierit ante prædictum terminum, aut non fuerit baptizata; precipimus ut ea proles habeatur pro abortiva, neque possit succedere in paternis, aut maternis bonis, aut ascendentium. Verum si ex mariti absentia, vel ex tempore conjugii deprehendi potest clarè, prolem eo tempore esse natam, quo naturaliter vivere non posset; precipimus, ut quamvis in ea concurrant qualitates superius dicta, non habeatur pro partu naturali, nec legitimo.

COMMENTARII

In Legem XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Filio præterito an competat jus dicendi nullum contra testamentum patris?
- 2 Intellectus. §. Ita demum. versic. Posthum. Institut. de Hæreditat. quæ ab intestat. deferunt.
- 3 Si posthumus præteritus nascatur in vita patris, & similiter in ejus vita decedat, an testamentum reconvalescat?
- 4 Per natiuitatem posthumi rumpitur testamentum. Et quid requiritur?

NOta decisionem hujus legis: Pro cujus perfecta declaratione dico & præsuppono, quòd testamentum in quo filius præteritur à patre (hoc est quando non est institutus, nec legitime exheredatus) est ipso jure nullum, & filio competit jus dicendi nullum: textus est in leg. Inter cetera. ff. de Liber. & posthum. text. in leg. 1. & per totum. ff. de Injust. rupt. de quo magistraliter dixi suo proprio loco, scilicet in materia Ultimæ voluntat. in articul. de Remedio & Successione contra testamentum. Quod tamen debet intelligi in filio jam nato: secus tamen est in posthumo; quia si prætereatur, non redditur testamentum nullum antequam nascatur, sed postea statim ipso jure efficitur testamentum nullum: textus est capitalis & expressus in leg. Posthumus nato. Cod. de Bonorum possessione. contra tabul. cujus verba sunt: Posthumus nato, qui neque hæres institutus à patre, neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur. quod probat aperte text. quia ablativus absolutus resolvitur in conditionem, ut in leg. A testatore. ff. de Condition. & demonstrat. ergo cum textus dicit Posthumus nato, intelligitur, id est Si posthumus nascatur, testamentum efficitur nullum: Ergo ante natiuitatem bene valet: & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Odofred. Petrus, Cynus, Jacob. Butr. Bartol. Bald. Angel. Salycet. Paul. Alexand. Jason Corn. Franc. Curt. Philipp. Dec. textus in leg. 1. ff. de Injusto, rupt. textus in leg. Posthumi. eodem titul. text. in §. Posthumi. versic. 1. Institut. de Exhereditat. liberor. cujus verba sunt: In præterito valet quidem testamentum, sed postea agnatione posthumi rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. & in expresso idem dis-

disponit lex 20. titul. 1. 6. part. Cujus ratio vera & fundamentalis est: quia dum posthumus est in ventre, adhuc non est homo, nec in patria potestate, nec suitate; sed omnia jura suitatis reservantur sibi in tempus natiuitatis: textus est in leg. final. ff. de Collation. bonor. ibi: Nam antequam nascatur non potest dici in potestate morientis fuisse. text. in leg. final. ff. de Adsignand. libert. textus in leg. 1. §. Totiens. ff. de Ventre in possession. mitten. text. in leg. Antiqui. ff. Si pars heredit. petat. cujus verba sunt: Antiqui libero ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei jura integra reservarent. textus in leg. Qui in utero. ff. de Statu homin. text. in leg. Intestato. §. Principem. ff. de Suis & legitim. heredib. text. in leg. Cum quidam. §. Quod dicitur. ff. de Acquirend. heredit. text. in leg. Quod dicitur. ff. de Verborum significatione. text. in leg. Posthumus. Cod. de Collationib. text. in leg. Cum inter veteres. Cod. de Fideicommissar. libertat. ibi: Et homo fieri speraretur. textus in §. Cum autem. Institut. de Tutel. Et in expresso istam rationem ponit Bald. in leg. Si pater. Cod. de Institut. & Substitution. 4. colum. num. 12. idem Bald. in leg. Qui se patris. Cod. Unde liber. 2. colum. versic. Venio ad primum. Socin. in leg. Gallus. §. Si ejus. ff. de Liber. & posthum. 1. colum. in medio. Jason in leg. Si à primo. eodem titul. penultim. colum. versic. Tamen adverte. Philip. Decius in leg. Posthumus nato. Cod. de Contra tabul. 2. colum. num. 3. (m)

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

(m) Vide Matienz. in leg. 2. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 2. num. 4. Velazquez de Avend. hic, gloss. 2. num. 3. Palacios Rub. num. 9. Olan. de Verbis Juris. verb. Naturaliter. Unde per hanc legem jus antiquum corrigitur tribus modis: Primò, dum jure Digestorum non requirebatur quòd integer posthumus nasceretur, ut abortivus non diceretur; quia etiam si integer non nasceretur, dummodo viveret, abortivus non dicebatur, sed testamentum rumpebat: text. in leg. Quod dicitur. ad fin. ff. de Liber. & posthumis. & in leg. Non sunt liberi. 14. de Statu homin. traddit Velazquez de Avend. hic, gloss. 1. num. 1. Matienz. in leg. 2. titul. 8. lib. 5. gloss. 2. num. 1. Hodiè verò per legem nostram quòd integer nascatur requiritur, ut abortivus non dicatur. Secundò: quia jure Digestorum, si vivus nasceretur, licet statim moreretur, abortivus non dicebatur: text. in leg. Quod certatum. Cod. de Posthum. hered. Institut. ibi: Si vivus perfectè natus est, licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decesserit. text. in leg. Uxoris abortu. ibi: Quamvis natus illico decesserit. Cod. eodem titul. traddit Velazquez hic, glos. 2. num. 1. Matienz. ubi supra. num. 2. Azeved. in dict. leg. 2. titul. 8. lib. 5. Recopilat. num. 3. cum aliis, quos ipsi allegant: Hodiè verò per legem nostram requiritur quòd per xxiv. horas vivat, ut abortivus non dicatur. Tertiò, jure digestorum non requirebatur ut abortivus non diceretur, & succedere parentibus posthumus posset, & rumpere testamentum, ut aquam ex sacro fonte susciperet, ut tenent DD. supra allegati: Hodiè verò per legem nostram hoc requiritur; & ut lex nostra verificetur, sufficit ut posthumus is ab obstetrice aquam Spiritus Sancti recipiat, ut traddit Velazquez hic, gloss. 3. per totam. Quod si hæc tria concurrant, poterit posthumus rumpere testamentum, succedere, & transmittere, ut docet Matienz. in dict. leg. 2. titul. 8. lib. 5. gloss. 2. ad finem. Azeved. ibid. num. 3. Velazquez hic. Gloss. 3. per tot.

3a, & ibi DD. in §. Posthumorum. Instit. de Exhereditat. liberor. & idem probat prædicta lex 20. tit. 1. 6. partit. & sic velit textus dicere, quod posthumus, qui si vivo patre nasceretur, deberet esse in potestate patris; nunc quando est natus post mortem patris, est suus, & habet jura suitatis: unde meritò ante natiuitatem non est nullum testamentum, postea verò sic: & est unus casus, in quo quis habet suitatem, licet non sit in potestate patris, ut plenè tradit & declarat Jason, & Moderni in leg. Qui si parris. Cod. Unde liber. quia satis est quod potentialiter potuit esse in potestate patris, si eo vivo nasceretur: & istud est quod propriè vult textus in dict. §. Posthumi, & volunt jura superiora. Et istam solutionem & declarationem ego cogitavi & tenui legendo, & postea inveni Franc. Curt. juniorem ita tenere in leg. Posthumus nato. Cod. de Bonor. possession. contra tabul. 6. colum. num. 24.

3 Unum tamen est, quod si talis posthumus præteritus nascatur in vita patris, & similiter in vita patris decedat; dato quod per natiuitatem testamentum fiat nullum, tamen per mortem statim ipso jure conualescit, modo in eo sint instituti venientes ab intestato, modo extranei: quia in principio tale testamentum valuit; unde de facili revertitur ad suam naturam: textus est singularis & unicus in leg. Posthumus. ff. de Injusto, rupt. & ibi notat Bart. Alber. Paul. Imol. & communiter DD. & ad hoc illum textum reputat singularem & unicum Paul. ibi; & illum textum ad hoc reputat singularem Jason in leg. Posthumus nato. Cod. de Contra tabul. 2. colum. Itaque si filius jam natus præteritur, & moriatur vivente patre, reconualescit testamentum, si in eo sint instituti venientes ab intestato: si verò posthumus præteritur, & post natiuitatem decedat vivo patre, testamentum indistinctè reconualescit, modo sint instituti venientes ab intestato, modo extranei. Advertendum tamen, quod prædicta debent intelligi, quando talis filius posthumus natus est vivus, & ex legitimo partu; secus verò si abortivus: ita in leg. Uxor. abortu. Cod. de Posthum. heredib. Instituent. ubi vide Paul. & DD.

4 Advertendum tamen, quod ad hoc ut per natiuitatem posthumi rumpatur testamentum, requiritur quod nascatur totus vivus, non de-

bo(n) Vide latè De partu extra tempus seu ante factò Matienz. dict. leg. 2. titul. 8. lib. 5. gloss. 4. & 5. per totam. Azeved. ibid. num. 9. & Velazquez hic, Gloss. ultim. per totam. ubi autem partus ad monstrum declinat, non succedet, nec rumpet: text. in leg. 3. Cod. de Posthum. hered. Instituent. & in leg. 5. tit. 22. part. 4. & tradit Matienz. ubi supr. num. final.

clinans ad monstrum vel prodigium, licet statim in ipso instanti decedat, postquam in terram, vel in manus obstetricis ceciderit: textus est in leg. 2. & 3. Cod. de Posthum. heredib. Instituent. & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. Item etiam procedit, licet matre mortua, & secto ventre nascatur: textus est in leg. Quod dicitur. ff. de Liber. & posthum. & ibi Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. Hodie tamen per nostram legem Tauri non sufficiunt prædicta, sed requiritur quod totus nascatur vivus, & quod sit baptizatus, & vivat per xxiv. horas: Item etiam quod sit natus tali tempore, quod secundum tempus matrimonii consideretur partus legitimus, & possit vivere; ut septimo, vel nono, vel decimo mense: Secus verò aliàs, si nascatur alio tempore, quo naturaliter non posset vivere; quia paria sunt, posthumum non nasci, vel quod nascatur tali tempore quo naturaliter vivere non possit: argumento text. in leg. Septima mense. ff. de Statu homin. cum similib. & ita etiam tenebat de jure communi Paul. de Castr. Alexand. & Moderni in dict. leg. 2. de Posthum. hered. Instituent. & tenet Raphael Cuman. & alii, DD. in dict. leg. Quod dicitur. ff. de Liber. & posthum. & ista erat communis opinio. Pro qua communi opinione faciunt leges 4. & 5. tit. 22. 4. partit. & lex 17. tit. 6. part. (n) Quod iterum limita & intellige, præterquam si ante matrimonium talis mulier esset concubina alterius, cum quo postea contraxit matrimonium, & peperit infra aliquod brevissimum tempus: quia præsumitur esse genitus & conceptus ab ea tempore concubinatus, & per consequens legitimatus per subsequens matrimonium; & sic nascitur legitimatus: argumento text. in leg. Miles. §. Defunct. ff. de Adult. ubi probatur, quod natus ex muliere conjugata, quæ ante fuit concubina alterius, potius præsumitur filius legitimus, & natus ex legitimo matrimonio, quam ex concubinatio, licet naturaliter possit esse filius utriusque secundum tempus partus; & hoc favore matrimonii: quem text. ad hoc notant & commendant ibi DD. & reputat singularem & unicum Bald. in leg. Si matre. Cod. de Suis & legitim. heredib. Ergo eodem modo, si ante matrimonium mulier esset concubina alicujus, cum quo postea contraxisset, & infra brevissimum tempus peperit, præsumitur esse genitus & con-

cep-

ceptus ab eis, per consequens nasci legitimus: & hoc ultimum tenent Glossatores in præsentia. Cætera quæ huic legi possunt applicari, vide in materia, quam de jure communi tracto in materia successionis contra testamentum.

TEXT. XIV.

„ Mandamos que el marido, y la mu-
„ ger, suelto el matrimonio, aunque
„ casen la segunda, ò tercera vez, ò mas,
„ pueda disponer libremente de los bienes
„ multiplicados durante el primero, ò segun-
„ do, ò tercero matrimonio, aunque haya
„ havido hijos de los tales matrimonios, ò de
„ alguno de ellos, durante los quales matrimo-
„ nios los dichos bienes se multiplicaron; como
„ de los otros sus bienes propios, que no
„ oviessen seydo de ganancia: sin ser obliga-
„ dos à reservar à los tales hijos propiedad,
„ ni usufructo de los bienes.

Id est:

Præcipimus, ut maritus, vel uxor, soluto conjugio, etiamsi secundo, tertio, aut amplius nuptias repetat, possit libere disponere de bonis multiplicatis in primo, aut secundo, aut tertio matrimonio, etiam si proles susceperit ex ejusmodi matrimoniis, aut ex aliquo ex ipsis, in quibus bona sunt multiplicata, perinde ac de aliis propriis bonis, qua in tali conjugio non sunt acquisita: neque teneantur reservare ejusmodi prolibus proprietatem, aut usumfructum eorum bonorum.

TEXT. XV.

„ EN todos los casos, que las mugeres ca-
„ sando segunda vez son obligadas à
„ reservar à los hijos del primer matrimonio
„ la propiedad de lo que ovieren del primer
„ marido, ò heredaron de los hijos del pri-
„ mero matrimonio: en los mismos casos el
„ varon que casare segunda, ò tercera vez,
„ sea obligado à reservar la propiedad dellos
„ à los hijos del primero matrimonio. De ma-
„ nera, que lo establecido cerca de este ca-
„ so en las mugeres, que casaren segunda vez,
„ haya lugar en los varones, que passaren à
„ segundo, ò tercero matrimonio.

Id est:

In omnibus casibus, in quibus mulieres secundas nuptias repetentes tenentur filiis primi matrimonii reservare eorum bonorum proprietatem, que habuerunt ex priore marito, aut heredi-

tate filiorum præcedentis matrimonii: in eisdem casibus vir, qui secundo, aut tertio conjugio obligabitur, teneatur eorum proprietatem reservare filiis ex primo conjugio susceptis. Itaque quod hac in partes pro feminis secundas nuptias ineuntibus est constitutum, habet locum in viris quoque ad secundum, aut tertium conjugium transeuntibus.

TEXT. XVI.

„ SI el marido mandare alguna cosa à su
„ muger al tiempo de su muerte en su
„ testamento, no se le cuente en la parte
„ que la muger ha de haver de los bienes
„ multiplicados durante el matrimonio; mas
„ aya la dicha mitad de bienes, y la tal man-
„ da en lo que de derecho debiere valer.

Id est:

Si uxori quicquam maritus in morte per testamentum legaverit; illud non numeratur in ea parte bonorum durante conjugio multiplicatorum, quam uxor habere debet: sed ad prædictam bonorum medietatem addatur ejusmodi legatio in eo quod de jure debet valere.

COMMENTARIUM

In legem XIV. XV.

& XVI.

SUMMARIUM.

- 1 Mulier qua post mortem mariti contrahit secundas nuptias, an teneatur reservare filiis primi matrimonii omnia qua habuit à primo marito?
- 2 An hodie uxor teneatur reservare filiis primi matrimonii id quod habuit à filio?
- 3 Mulier an teneatur reservare filiis primi matrimonii illud quod habuit causa nuptiarum?
- 4 An pater teneatur reservare filiis ea qua habuit ab uxore, vel aliquo filio?
- 5 Mater, vel maritus transiens ad secundas vota, an possit alienare prædicta bona?
- 6 Casus, in quibus potest mulier transire ad secundas nuptias sine ista pena.
- 7 Uxor transiens ad secundas nuptias, an teneatur reservare filiis primi matrimonii